



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 9011860X

Caput IV. In quacunq̄ue Cathedrali vel Collegiata, majoribus necdum initiati vocem in Capitulo non habeant: quid præstare teneantur ad eos promoti; quive deinceps promovendi?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66641)

CAPUT IV.

Sæcul. XVI.
A.C. 1562.

In quacunq[ue] cathedrali vel collegiata, majoribus necdum initiati vocem in capitulo non habeant: quid præstare teneantur ad eos promoti; quive deinceps promovendi?

„Quicumque in cathedrali vel collegiata, sæculari aut regulari Ecclesia divinis mancipatus officiis, in Subdiaconatus Ordine saltem constitutus non sit, vocem in hujusmodi Ecclesiis in capitulo non habeat, etiam si hoc sibi ab aliis libere fuerit concessum. Ii vero, qui dignitates, personatus, officia, præbendas, portiones, ac quælibet alia beneficia, in dictis Ecclesiis obtinent, aut in posterum obtinebunt, quibus onera varia sunt annexa, videlicet, ut alii Missas, alii Evangelia, alii Epistolas dicant, & cantent, quocumque ii privilegio, exemptione, prærogativa, generis nobilitate sint insigniti, teneantur, justo impedimento cessante, infra annum, ordines suscipere requisitos, alioquin poenas incurrant juxta constitutionem Concilii Viennensis, quæ incipit, *ut ii qui, &c.* quam præsentis decreto innovat; cogantque Episcopi eos diebus statutis dictos ordines per se ipsos exercere, ac cetera omnia, officia, quæ

Z 5

„debeant

Sæcul. XVI. „debet in cultu divino præstare, sub
 A.C. 1562. „eisdem & aliis etiam gravioribus po-
 „nis arbitrio eorum imponendis. Nec
 „aliis in posterum fiat provisio, nisi iis
 „qui ætatem, & ceteras habilitates in-
 „tegre habere dignoscuntur, aliter ir-
 „rita sit provisio.

CAPUT V.

*Committantur Episcopo dispensationes ex-
 tra curiam, & ab eo exami-
 nentur.*

„Dispensationes quacunque auctori-
 „te concedendæ, si extra Romæ
 „nam Curiam committendæ erunt, com-
 „mittantur Ordinariis illorum, qui eas
 „impetraverint. Eæ vero, quæ grati-
 „se concedentur, suum non sortiantur
 „effectum, nisi primo ab eisdem, tan-
 „quam Delegatis Apostolicis, summa-
 „rie tantum & extrajudicialiter cogno-
 „scatur, expressas preces subreptionis,
 „vel obreptionis vitio non subiacere.

CAPUT VI.

*Circumspecte commutandæ sunt ultimæ
 voluntates.*

„In commutationibus ultimarum vo-
 „luntatum, quæ non nisi ex justa, &
 „necessaria causa fieri debent, Episco-
 „pi, tanquam delegati Sedis Apostoli-
 „cæ, summarie & extrajudicialiter co-
 „gnos-